

IMPERATORIÆ CONSTITUTIONES.

ENIMUNDO BONEFIDIO INTERPRETE.

HERACLII

1. De fide.

Quum S. Sophronius tum summo sacerdotio fungens Hierosolymis, subiectis sibi sacerdotibus convocatis synodice demonstrasset, eos qui unam in duabus Christi naturis voluntatem atque energiam affirmarent, palam unam quæ naturam statueret: eique Joannes Papa Romanus assensus esset: Imperator edictum proponit: Neque singularem, neque duplicem in Christo energiam esse asserendam.

2. De Judæis.

Anno 19. vere ineunte, Heraclius Constantinopoli Hierosolyma proficiscitur, & avehit venerabilia ac vivifica crucis ligna: votisque Deo persolutis, patriarcham Zachariam restituit: Omnes porro Hebræos sancta urbe exigit, edicto, ne iis intra tertium milliare accedere liceret.

3. De foro competentis episcoporum, clericorum, & monachorum.

Scias autem Novellam piorum Imperatorum Heraclii & Constantini, quæ statuit ne episcopus, vel clericus, vel monachus ob pecuniariam criminalemve causam apud civilem vel militarem conveniatur magistratum: sed apud suos episcopos duntaxat, aut metropolitanos, aut patriarchas. Eadem etiam statuit aurea bulla celeberrimi Imperatoris domini Alexii Comneni, vulgata mensis Julio indictione 4. anno [ab orbis condito] 6789.

LEONIS ICONOMACHI

1. De Hebræis & Montanis.

Anno sexto Imperator Hebræos ac Montanos ad baptismum adegit.

2. De patrimonio templorum urbis Romæ: & de capitatione infantium.

Furore percitus majore homo adversus Deum pugnans, tertie Siculi ac Calabri populi parti tributum in singula hominum capita imposuit. Patrimonia quoque templorum Romæ principibus Apostolis consecratorum (quæ pecunia quotannis antiquitus pendebatur talentorum trium semis) in ararium publicum conferri iussit: & mandavit inspicere atque describere infantes qui nascebantur, ut census ille de singulis capitibus (cephalationem vocant) exigi posset.

3. De duabus filiis præstantis provinciarum administratores.

Imperator, ruina murorum urbis cognita, cives ita est alloquutus: Vos miris urbis refectum non sitis pares, non procuratoribus provinciarum negotium dedimus, ut ultra constitutum tributum in singula nomismata accipiamus: nosterque unum, idque in ararium nostrum conferat; ex quo nos muros condamus. Exinde obtinuit, ut binæ siliquæ seu ceratia quælibet solvantur. Ceratia autem appellantur duodecim folles, sive nummi.

CONSTANTINI CABALLINI

De reliquiis & intercessione Sanctorum.

Idoneum se Antichristi instrumentum præbuit: atque adeo universali edicto venit, ne quis in universum domini servorum Sancti titulo coleretur: quinimo conspui eorum inventas reliquias iussit, prohibuitque eorum intercessionem postulari, quod eos nihil posse diceret. Atque addidit sceleratissimum, quod virginis intercessionem non esse implorandam, nihil enim eam præstare posse. Quin & Deiparam hanc noluit appellari.

NICEPHORI

1. De militia inopum, de charitativis, & sumario, & nauticis, & inventione thesauri: & aliis quibusdam.

Ut exercitus deprimeret, quid non mali excogitavit adversus Christianos? Primo enim Christianos ex omnibus regionibus in Sthlabianis coegit demigrare, & eorum habitationes vendidit. Quæ res nihil ab hostili captivitate absuit, omnibus in fummas angustias conjecit. Secundum malefium: imperavit ut egeni militarent, isque a vicinis arma & stipendia in singulos xviii. nomismatum darentur, ac census præterea publicus eorum nomine penderetur, id Allelegyon vocabatur, quod alteri pro alteri tributi nomine sponsores essent. Tertio, omnium bona inspicere, inde

1 Miscella sc. nec minus ac certi Imperatoris, ut Leonis & Justiniani: sed variorum Imperatorum, quibus itea nullo commentario addere visum est, ut quas pleiores, & ordine meliore aliquando daturus sum.

que censum in publicum exigi iussit, nomine charitativis præterea exactis in singulos duabus siliquis. Quarto, omnes onerum relaxationes sustulit. Quinta calamitas, quod ab omnibus sacris ædibus, paræchiis, pupillis educandis destinata domo, hospitalibus, ad senes fovendos factis ædibus, necnon ab ecclesiis, atque monasteriis imperatoris, sumarium tributum exegit, ab initio usque sui imperii. Meliora de eorum bonis sub imperialem curam transferri jubebat, nihilominus tamen tributum de his pendendum iis imponebatur, quæ reliquerat in iis ipsis sacris domibus, ita ut multis tributum duplicaretur: interim habitationibus ita exinanitis, ut inde emigrare cogentur. Sextum tyrannicum institutum, quod a magistratibus inspicere res eorum iussit, qui ex pauperie subito ad opes pervenissent: ab iisque, veluti qui thesauros invenissent, pecuniam postulari. Septimum, quod emunxit etiam hos pecunia, qui a viginti retro annis ad præsens usque tempus dolum, aut vas aliquod aliquando reperissent. Octavum: qui ab avis vel proavis hereditatem percipissent, eam ea divisa jam inde a viginti annis esset, eos pensionem in publicum conferre coegit, utque si qui extra Abydum mancipia emebant, de singulis duo nomismata solverent, maxime Dodecanesum incolentes. Nonum: naucleros maritima, præsertim minoris Asiæ inhabitantes, & nunquam agriculturam expertos, in vitos coegit emere prædia, quæ aliis ipse eriperat, indeque tributum solveret. Decimum: insignes Constantinopoli naucleros in unum conduxit, isque duodecim cuique libras auri tradidit: ea lege, ut in singula nomismata usura nomine quatuor siliquas solverent: cum nihilominus reliqua etiam vectigalia navigiorum ab iis penderentur.

2. De usura.

Usuras de navigiis captatas (cum interim re fenebri aliis omnibus interdixisset) atque infinita mala excogitavit.

3. De vastis sacris & rebus ecclesiasticis.

Duces exercituum iussit episcopos & clericis mancipiorum loco uti pro sua autoritate in sedes episcopales, & monasteria divertere, eorumque rebus pro arbitrio abuti. Vtperabat eos qui ab omni ætate Deo aurea vel argentea vasa consecrasset: & res templorum sacras in publicos debere usas converti statuebat.

LEONIS ARMENII

De præfæcto panam adultero non irrogante.

Præter vigilem accuratamque reipublicæ gubernationem, summa fuit in eo in flagitiosos severitas, cujus rei exemplum referam. Exeuntem aliquando palatio accessit quidam, querens suam sibi uxorem a Senatore quodam raptam: idque facinus se ad urbem præfæctum detulisse, neque tamen suum jus consecutum. Leo statim mandavit, ut redeuntem sibi sciretur senator reus tam atrocis flagitii, & urbis præfæctus. Quo facto, actorem proponere suam causam iussit, qui quomodo rem ab initio ad finem usque exposuisset, reus convictus probationibus, quomodo nullum infandis criminis locum inveniret, scelus confessus est: & præfæctus causam interrogatus: cur flagitium digna poena ultus non esset, inops excusationis obmutuit. Hunc ergo Imperator statim numero suo exiit, & adulterum ex legibus puniendum dedit.

THEOPHILI

1. De imaginibus.

In eos qui cultum divinis imaginibus præstarent, nimis durum se atque inhumanum præbuit, omnes qui ante ipsum fuerent tyrannorum crudelitate vincere contendens. Nam Michael pater ejus edixerat, ne ulli pictæ imaginis, ubicumque ea esset, nomen, Sanctus, imprimere, quod id nulli rei præterquam soli Deo congruere putabat. Leo autem & filius ejus Copronymus, omni earum adoratione præfæctus interdixit. Theophilus autem ne pingi quidem eas coloribus concessit: abjecti dicens animi esse tallum rerum admirationem, ipsamque solam spectandam esse veritatem.

2. De expulsiōne monachorum.

Dixerat Theophilus ne monachis ullam urbem intrare liceret: iusseratque omni modo eos arceri: atque adeo non tutum erat iis conspici ea in regione. Quin & monasteria atque omnia causa conditas aedes hominibus frequentans, mundana fecit hospitia.

3. De contritio Persorum cum Romanis.

Perse hunc Theophobum, Constantinopoli abducere, regemque suum facere cupientes, ejus causam aliquoties ad Theophilum legatos miserant.

2 Pleniorem hujus rei historiam vide apud Cedrenum. Hoc accidit anno 16. Leonis: vide Cedrenum in Leonis vita. 3 Sciamini. Paml. Agulgentis lib. 24.

pacis

Constitutiones Imperatorie.

CONSTANTINI PORPHYROGENNETÆ

1. De rebellibus & scismaticis anathematæ feriendis.

Quæ autem mensis Julio 9. Indict. anno 634. ab Imp. domino Const. Porphyrogeneta facta est Novella, sanctissimo quoque Patriarcha domino Alexio, & synodo districta est, & quæ decernit eos anathematizari, qui defectionem ab Imperatore moluntur, vel tyrannidem, & ea ratione subiectos adversus eorum dominos incitant, inter alia hoc quoque circa finem expresse definit. Iis qui ab hoc tempore deinceps infidias sunt machinatur, vel tumultum excitatur, anathema. Iis qui ipsis opem ferunt, & in defectione sunt focii, anathema. Iis qui consulant, vel ad hujusmodi incitant, anathema. Iis qui ipsos ad penitentiam suscipiunt, quum defectionis penitentiam non agant, nec eam relinquunt, anathema.

2. De polygamis.

Uniois vero decisio, quæ facta est sub Constantino Porphyrogeneta, & Romano, Constantino quidem imperatore, loco anno 6429. indict. 9. & quæ singulis annis legitur in suggestu, mensis Julio, hæc dicit circa finem. Deinceps autem communi sententia ac judicio pronunciamus ex præfæcti anno, qui est 6429. indict. 9. neminem oportere se quarto matrimonio jungere, sed esse omnino rejiciendum: & si quis ad ejusmodi conjugium venire voluerit, esse omni ecclesiastica congregatione privatum, & ab ipso in sanctum templum ingressu alienum, donec in conjugio permanerit. Hoc enim etiam sanctis patribus, qui nos præcesserunt, visum est. Nos vero etiam sententiam apertiore reddentes, ipsum ut a Christiana republica alienum abdicamus. Ac sic quidem de quarto matrimonio. Ut autem que ad alia quoque matrimonia pertinent, decentius constituantur, & non Christiana vita indignam institutionem habeant, de tertio quoque matrimonio definimus, ut non absolute ac simpliciter & temere perficatur. Et enim a patribus quidem ut fordes permissum est, inquit si quis in domo in angulum incidit, multas sæpe fordes viderit: nunc autem quando libertatem accepit, & perinde ac si nihil habet dedecoris & sordis reputatur, recte visum est hoc repurgare, quemadmodum & turpitudinem non in angulum coniecimus, sed in ædibus diffusam, nullo modo permitimus, sed reipurgamus, & quod molestum est & indecorum ab eo rejicimus. Quinctiam humane cedentes infirmitati, honestatis autem Christianæ curam gerentes, hoc in tertio nuptiis servandum statimus, ut si quis qui quadragesimum annum exceperit, & nec naturam reveritus, nec honestate vite, quæ in Christianis requiritur, ullam curam gerens, sed sola libidinis perturbatione vitæ, se in tertium matrimonium projecerit, is cum omni diligentia & observatione sit usque ad quinquagesimum sacramenti communionis minime particeps: & nec hoc tempus illi contrahatur. Qui enim post annum 40. fordem in Christi ecclesia esse vel dici amaret, quod melioris vite argumentum præberet, propter quod tempus sacramentorum participationis ei contrahatur. Sed & postquam impolluta participatione dignus habitus fuerit, non erit ei permissum in alio tempore ad participationem accedere, quam in sola salutarum Christi & Domini nostri resurrectione, per præcedens jejuniarum abstinentiæ repurgationem. Hæc autem dicimus, quando ex prioribus matrimoniis non fuerint liberi, qui is post quadragesimum annum tertiam uxorem ducere voluerint. Nam si liberos habuerint, eis nullo modo tertium permittitur matrimonium. Est enim valde iniquum tempestitiva libidini indulgere, priorum autem matrimoniorum liberis non prospicere, ut sint securi, & a molestia & a perturbatione remoti, que solent evenire hominibus ex filiorum multorum susceptione. Quod si quis triginta annos natus, ex prioribus matrimoniis habens liberos, tertie mulieri conjunctus fuerit, is quoque nulla ei venia data, ad quartum usque annum communionis sacramentorum sit expers: quia manifestum eum sola temperantia motum, & quod sit carnalis libidinis servus, ad hoc se matrimonium conferre. Et postquam etiam sacramentorum participatione dignus fuerit habitus, semel quidem in salutarum Christi, & domini nostri resurrectione: secundo autem in dormitione immaculate Domine nostræ Deiparæ: & tertio in natali Christi & Dei nostri, quod in his procedat jejuniis & ejus utilitas. Sin autem non sint liberi (quia liberorum susceptionem desiderare facile est) condonandum, & sola ea poena, quæ ab initio & hucusque servata est, in eum animadverteretur. Hæc etiam de tertio matrimonio. Atqui nec secundum, nec primum extra cautionem adhibitam relinquimus, sed & illa sic contrahi statimus, ut nullam malam causam habeant, vel ex raptu, vel ex præcedente clandestino concubitu, sed legitime & ab iis qui ab ejusmodi inquinamentis & fornicatoria impuritate mundi sunt. Si quis ergo prædictis constitutionibus neglectis ad matrimonium consuetudinem primam vel secundam processerit, dum Christi ecclesia quæ est pura, immaculata, & sine ruga, salutaribus examinationibus subijcit, nec prius ad divinatorum mysteriorum participationem admittit, quam definitum ob fornicationem tempus expleverit cognoverit, nisi forte necessitas & vita excessus urgeat, donec scilicet septimus annus completus fuerit. Sacerdos autem qui ausus fuerit, præter id, quod statutum est, divina participatione aliquem dignari, de proprio gradu in periculum veniet, eo videlicet qui præter formam constitutam divina communione dignus est habitus, ad excommunicationem redacto, usque ad septimi anni complementum.

1 Quarta nuptie non permittit. 2 Tertie nuptie quemadmodum permittit. 3 Secundæ & primæ nuptie uti permittit. [S s s] I.M.F.

pacis simul pacis offerentes. Neque tamen persuaserant Imperatori, ut Theophobum ipsis dederet: sed cum potius patricii dignitate ornatum, forori suæ matrimonio copulavit: lege etiam lata, quæ Persis conjugiorum cum Romanis licentiam concederet.

4. De tonsura capillorum.

Quia vero a natura paucos capitis capillos habebat, & erat recalcavater: ideo edicto edito iussit Græcos ab omnibus tondere: neque ab ullo Romano ultra collum demissos getari. Sanxitque edictum gravi flagrorum supplicio, præcorum Romanorum virtutem revocare studens.

5. De pena raptoris equi.

Miles quidam manu promptus equum habuit egregium, qui ipsum sæpe ex prælio incolatum extulerat. Hujus equi amore captus dux sub quo is militabat, quum neque pollicitationibus, neque minis impetraret, hominem timiditatis accusatum apud Imperatorem exautorat. Quum autem Theophilus equum indigni vitæ cuperet habere, & missis in omnes partes mandatis talem sibi quaerere, atque asseri jubere, eam occasione nactus dux iste, militi qui equum invito adimit, & tanquam suum Imperatori mittit. Postquam necessitas bellica plures milites requireret, mandatoque Imperatoris omnes qui arma ferre possent, in exercitum allegerentur: ille etiam miles arma sumpsit, & in prælio suis suis, quod equum a quo servari consueverat, non haberet, uxore & liberis relicto. Vidua amissi mariti desiderio accensa, & quod necessaria pupillis suppeditare nequibat, justitiam Imperatoris fama insigante, Constantinopolim venit: Theophilumque ad templum Blachernente equitatem de more conspiciat mariti sui equo vehi, concitato cursu aggressa frenum equi apprehendit, suum hunc esse vociferans: & non alium, sed ipsum Imperatorem cædi mariti sui causam præbuisse. Perterritus Imperator manere eam jubet, dum in palatium ipse rediret: ac reversus statim ad se vocat, ac de re tota accuratius inquiri. Quam quum ea a principio ad finem usque recitaret: illico etiam dux ille sistitur, & muliere iussu Imperatoris occidit, de equo acriter interrogatur: quem quum asseveraret suum fuisse, de equo raptu paratum, productur extra velum mulier, reum de vi peractura. Quia is conspecta dirigit, & aliquandiu mutus adstitit: tandemque ad se reversus, supplex pedibus Imperatoris se advolvit, lacrymans, ac peccatum confitens. Ergo Imperator ejus facultates viduas, ejusque liberis hereditatis jure addidit: ipsumque dignitate spoliatum expulso perpetuo damnat. Adeo infensus erat & iis qui injuste opes parare intenderent.

BASILII

1. De iudiciis, & foris quibusdam: & de pauperibus lites habentibus.

Operam dedit, ut iustitia vigeret: & æquo jure inter se viverent subditi, neque a divitibus inopes opprimerentur: propositis passim decretis, quibus iniustitia exterminatur. Iudices quoque constituit, amplius stipendiis, & honoribus auxit iustos per diem sedere pro tribunali, & litigantium causas judicare. Ad eam rem loca iis designavit commoda, Magnauram, Circum, & Chalcedonem (æream portam) quam vetustate laborantem, ruinamque minantem, ad hoc instauravit atque adornavit. Alimenta etiam pauperioribus, quibus iudicio erat disceptandum, ordinavit: ne inopia coacti lites renunciarent.

2. De notis numerorum.

Animadvertens occasionem maleficii pravis hominibus eo dari, quod numeri quibus (verbi gratia) semissis, sextans, uncia, & similia designantur, per notas receptæ antiquitus consuetudine scriberentur: loco notarum literis uti iussit, quas etiam rustici legere possent: & de suo sumptus in chartas, literas atque scribas ipse suppeditavit.

LEONIS ET ALEXANDRI

De iudiciis.

Existimo equidem, eorum neminem qui iudicio funguntur munere, eo unquam suspicari, aut incitiae prorupturum, ut aliter quam ex præfæcto legum iudicio sententiam ferre audeat. Quod si quis in tantam evaserit demeritiam, reus peractus eas dependet poenas, quæ legibus sunt irrogatæ. Sin fornicator nos effugerit, pervigilem tamen illum atque infomem oculum, cui nihil non, quamlibet occultum sit, atque potest, effugere non poterit. Tameñ id ipsum imprecationibus quoque dirisque execrationibus stabilire ac firmare non ab re alienum censuimus. Inveniat itaque iste & Deum & cœlestes omnes atque incorporeas potestates sibi nunquam non adversantes. Immature ex hac vita excedat potius quam excedat. Incommodis insuper afficiatur perpetuis, ipsius ædium fundamenta ignis tandem devoret, & postertus eo redigatur inopie, ut panem olivatum quaerit. Atque hæc jure sane optimo, propterea quod leges, quas liberrimas esse oportuit, servas quodammodo atque captivas efficit fictorum pravorum iudiciorum.

CONSTIT.

IMP. D. CONSTANTINI PORPHYROGENNETÆ NOVELLA SECUNDA CONSTITUTIO DE VOLUNTARIIS HOMICIDIS, SUSCIPIENTES QUIDEM EOS PATER VIM PRIORIS, PER COMMISERATIONEM, DAMNANS AUTEM PERPETUO EXILIO ET HONORUM SPOLIATIONE.

Hec sancire nunc propolimus, severitatem quidem prioris constitutionis benigniore Ecclesiasticorum decretorum censura commutantes: dissolute autem & indulgenti delinquentium disciplinae, eaque de causa ad imitandum facili, non solum vinculo penarum medentes, sed & totius fere substantiae ad homicidam pertinentis spoliatio, homicidis quidem ipsis de salute, reipublica autem ne quis simili moveatur affectu, utiliter prospicientes, ut horum utrumque tam jus obleretur, & magnum divinumque ecclesiarum conferretur privilegium, quam his cautionibus imitatione frequentia coarceatur. Quod igitur atinet ad vitæ rationem homicidæ ordinari jubemus, quemadmodum canonica præscripsit disciplina. Nos autem hac constitutione perpetuo eum damnamus exilio, ab eo loco, in quo scelus perpetratum fuerit. Quo quidem tam puniatur res quam propinquus occisi non majoris fiet tristitia & doloris augmentum, quod tuncque forsan non inutile: ne affido conspectu ejus qui dolorem attulit, & defuncti memoria propinquum sponte ad ultionem impulsit, malum malo sanare conentur, & homicidæ duplicem infortunium. Omnino igitur homicida perpetuo illinc exulet, nec unquam eo revertatur, & terram habitet, quæ injuste sublatis fratris sanguinem hincendo suscepit. Et hanc primum post ecclesiasticam censuram condemnationem ferat: præterea vero honorum suorum privationem subeat: ne tamen applicentur sisco. Nam si uxor sit homicidæ damnato, dotem & propria omnia auferre eam oportet, hoc amplius donationem ante nuptias. Quod si theoretion pacta fuerit, aut aliud quippiam, hujus omnino recuperationem & proprietatem habere, si liberi non subint. Sin autem subint liberi, eam habere lucrorum nuptialium usufructum, & observatis omnibus legum præscriptis, liberi autem in trientem relictæ substantiæ paternæ succedant. Et si quidem homicida proprio motu, aut consilio ac approbatione eorum, quibus uterentur, ad monasticam vitam prius sceleris peritus effectus transierit, accipiat monasterium tertiam partem illius substantiæ, reliquo triente relictæ uxori & liberis occisi in parvam eorum infortunium solatium. Quod si liberi non superint occiso, inter uxorem & ascendentes triens ille aequaliter dividatur. Uxore autem relicta liberis præmorsiente præferantur si ascendentes. Sed si nec liberi, nec uxor, nec ascendentes sint occiso, & alii qui lege ad successorem vocantur cognati, diligentiam adhiberint, ut scelus manifestaretur, trientem accipiant ejus qui injuriam intulit. Sin autem solitariam vitam homicida non appetierit, non triens, sed bes juxta prædictam distinctionem parti ejus qui interfecit est, distribuat. Præterea nemo eorum qui hujusmodi sceleris convicti sunt, civile officium, aut aliud quodlibet administrare unquam, nec si divinum rescriptum imperaverit: sed omnimodo maneat infames, quibus ut viverent tantum benigne concessum est. Ceterum si omnino contubernat, & in numerum monachorum referentur: qui malitiae exuberantia, præmeditata sunt eadem proximi, & eam prius habito consilio, in animæ suæ perniciem & fratris sui necem, intrinseci paraverunt. Nec ad tempus modo penitentiam præstiturum, sed quando vixerint, in monasterii regula coarceantur. Nam qui aliter sponte interfecerint, sed lascivia & impetu ira ratione carentis, non consilio & præmeditate ac hujus habita deliberatione arguerent occidisse, perpetuo quidem præter alia omnia succedentur exilio, non tamen monasticam vitam eligere cogentur.

De laicis qui interfati moriuntur absque liberis.

Nec tibi repugnare videatur Novella Imperatoris domini Constantini Porphyrogenetæ, quæ tractat de iis qui sine liberis ab intestato moriuntur, non succedere ex linea transversa cognatos, sed tertiam partem bonorum eorum qui sic moriuntur, ad pias animæque salutes largitiones procedere, cum eo etiam collectis pretiis servorum ejus qui mortuus est, utpote iis eo ipso liberatis. Hac enim Novella de laicis loquitur & solis, sicut prædicta Justiniani Novella locum habet in episcopis & clericis, qui ab intestato moriuntur.

ROMANI SENIORIS.

De prædiorum acquisitione.

Novella quoque Cæsaris Romani senioris idem pene statuit: Ne quis ultra conspicioorum & spectabilium magistrorum, aut patriciorum, neque eorum qui imperiis, potestatibus aut omnino principalibus dignitatibus insigniti sunt & ornati, neque item civitulum, aut militarium aut delegatorum magistratum, aut his substitutorum, neque Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum, aut præfectorum, aut eorum qui sacris domibus præsent, aut denique ad alium quemvis honorem seculi provecti sunt, prædiorum aut fundorum possessionem, aut emptionem, aut donationem, aut alio quovis modo adeat. Eos enim qui post præsentem constitutionem, ejusmodi quippiam moliri & aggredi auli fuerint, inde jubemus absque suæ pecuniæ restitutione detradi, propriisque laboribus ac sumptibus fraudari, quos ad rem ornandam & pretiosorem faciendam contulerunt, atque ipsam prædiorum æstimationem, si quidem conspici vii sint & illustres, qui hoc admisserunt, sisco applicari: sin abjectiores sint, & omnino absque ulla pretii restitutione expelli, & meritis insuper poenis castigari.

De rescindenda venditione.

Novella quoque Cæsaris Romani senioris ita habet. Si deprehensum & exploratum fuerit eos, qui post a se peractam venditionem, si modo testibus peracta comprobetur, ad iudicium provocarunt,

1 Homicidæ voluntarii poene. 2 Homicidæ lascivis aut ira admitti poene. 3 Præfati quadriennio querelam rescindendæ venditionis. 4 l. 2. l. 8. C. de rescind. vend. 5 Hac desumpta sunt ex Cædreno in vita Nicephori Phocæ. 6 l. noica.

intra quadriennium 3 id fecisse ac conquestos esse, citra controversiam his succurrunt. Succurrunt autem, non ut vendita suburbana recipiant: sed ut si quidem emptor quod reliquum est iusti pretii expleat: nisi prælatæ voluerit, hoc ei facere liceat. Atque ita iustum 4 rei pretium supplens ac persolvens, ipsa prædia sibi retineat, & qui de facta venditione queruntur, iustum pretium quanti prædium ipsum æstimatur, accipiant. Sin nolit emptor iustum rei æstimationem complere, pecuniam quam ab iis qui cum eo expostulant, accepit, una cum ejus causis ac usuris restituat, & e prædio decedat venditori restituendo.

De prædiorum.

Si qui communes aedes, fundum, vineam, aut quamvis aliam rem soli habentes, aut aliter quam communionis iure propinquis prædis aliqua ex parte permixti aut adiacentes, confortes, vel aliqui vicini & proximi sua auferre aut venditionis, aut emphyteuticas, aut locationis nomine voluerint, ne prius hæc alii cuiquam alienant, quam testatum iis fecerint, quos in prærogativa 5 xxiæ xxiij, hoc est, ordine succedentes dicimus. Ut primi, inquam, vocentur permixti quoquo gradu juncti cognati, aut quibuscum aliud est commune, ut aedes, fundus, vinea, aut quævis alia res. Ejusmodi liquidem cognatos lex præfert. Ubi vero cognati communionem in re non habent, tum anteponuntur qui aliquid in ea communitali habent. Quibus si succedunt, qui tantum permixti sunt, etiam omni ex parte ei qui rem alienant, sint externi: deinceps & simul juncti confortes. Postremo qui simpliciter aliqua ex parte rei alienandæ uniti sunt, & vicini. Confortes porro appellamus, quotquot hinc eodem censore præscripti sunt, & in censum publicum relati, etiam propria tributa diversis in locis pensantibus forte iis qui rei præferuntur, ut nihil omnino sibi invicem vocatione præjudicent, eadem quoque rursus facti denunciatio, ut intra triginta dies iustum pretium, quodque versus emptor hanc fecerit præstiturum, vel alioquin illa mora solventes, pro rata parte vel sponte sua, vel alioquin opera & arbitratu distribuant. Quotquot autem intra præfixum tempus sibi delatam pretii partem non præstiterint, sui prærogativa amittent: nisi si quis forte eorum captivus est, deportatus aut relegatus: aut ob publica privateve negotia citra dolum abens: aut etiam nondum annum ætatis 25. explevit. Horum enim qui administranda negotia susceperunt, intra 4. menses, cum præsentibus novis emptoribus pro rata portione concurrunt, prædium explentes, quod a minoribus subducta ratione est præstantem, in totum legitimis usuris & necessariis sumptibus. Externos vero emptores in totum summovent, pretium cum usuris ac sumptibus ipsis restitucentes. Quin & in universitate villarum quæ dicuntur, ut prædiorum (universitatis autem unius sunt, qui ex eadem sunt villa) longe fatius est, ut earum habitatores sibi mutuo præferantur. Quod si omnes, quibus in rei distractione prærogativa jus datur, recusatant, vel eos exploratum fuerit, et qui rem alienant, & ejus familie aut pecuniarij damni, fide multæ autores fuisse, aut ejus corpori ac vitæ iniurias fluxisse, gravissimamque infamiam peperisse, idque non fortuito, sed de industria, aut per se, aut per suos, hos invito eo qui lala sit passus, nulla ratione volumus ad ipsius prædia aspirare. Post decennium tamen silentio peractum, adversus eos qui quovis modo contraxerint, quive donatione aut testamento quippiam fuerint consecuti, nulla omnino ab iis qui dicitur ex causis prærogativæ jus habent, imo nec a sisco controversia moveatur. Occasione tamen dicit, aut propter nuptias donationes, est testamento vel permutacione, vel transactione & propinquis & externis omnes alienant, absque simulatione nimirum ac dolo. Si vero qui in fraudem nostræ constitutionis alienant, aliud quid facere ausi fuerint, & aliud aperte simulare, si quidem post iusjurandum convicti fuerint, tam ipsi quam qui ita dolo cum ipsis contraxerint, & perjurij poenas dabunt, & hi quidem prædiorum, illi vero clam soluto pretio excident, & utraque sisco inferentur, ut a sisco propinquis veniuntur. Sin vero ante iusjurandum deprehensi fuerint tale quippiam egisse, & quod actum fuerit, erit irritum, & qui semel fundum præter juris formulam alienare conatus est, vel invidius postea cogitur iis vendere, quibus sui prærogativæ concessimus. Et hæc quidem ita de his statuentia.

NICEPHORI PHOCÆ.

De tetartero, quod est numismatis genus.

Numisma 6 attenuavit, tetartero excogitato. Cumque eo modo duplex esset nummus, pensiones publicæ graviores exigebant, minor in sumptibus faciendis dissipabat. Cumque esset 7 lege & consuetudine receptum, ut omnes nummi imagine Imperatoris alicujus notati, modo ponderi nihil decederet, idem valerent: ipse sua insignes imagine præferri, aliorum deperditis pretiis, voluit: eaque re haud leviter subditis in permutacionibus incommodavit.

De eodem, & de hexagio.

Apparet eundem avaritiæ quoque fordibus fuisse contaminatum. Nam cum usque ad eum quovis numisma hexagium 7 penderet, ille tetarterum 8 excogitavit pondere immينو.

De prædiorum.

Ne quod privilegium præstantem pauperes, dum distrabitur prædium a potentioribus, neque ex consorcio, neque ex communicatione, licet milites vel etiam cives esse deprehendantur: sed in hoc rursus succedat persona quæpiam potestate prædita, quæ scilicet pauperum hinc inde adiacentium tranquillitatem ac utilitatem possit tueri. Et potentes cum potentioribus duntaxat emptiones contrahere volumus: milites vero & pauperes, cum iis qui parum fecum sortiti sunt ordinem ac locum.

1 Tetarterus ita Colonnæ. Locus videtur fuisse ubi vestigium aut pensionem ducuntur rationes: Galli dicunt: in Camera dei Contes ou des finances ou thesore. 2 Contra legem 1. C. de sacris eccles. 3 Reprehensum jus in Ecclesiis sibi eodem modo Reges Gallis adferunt, quod & vocant, droit de Regale. 4 Novas religiones, novos ordines, seu novum habitum religionis creari vel adsumi. Sic Gregorius CONSTIT.

4. Ne ecclesia prædis locupletentur, & ne sine sententia Principis Episcopus creetur.

Præterea ad officium 1 assidue veniens, graviter subditos afflixit, non modo pensionum & tributorum omnigenis rationibus, sed & rapinis intolerabilibus. Ad hæc partem quandam eorum quæ Senatoribus solebant Imperatores largiri donorum, in sisco retinuit, causatus sibi ad bella gerenda desse pecuniam. Neque hoc tantum, sed & donationes monasterii, atque templis relictas a quibusdam piis Imperatoribus, profus abolevit, lege etiam lata, ne 2 ecclesia immobilibus locupletentur bonis: causatus, Episcopus male prodigere ea, quæ pauperibus darentur, interim militibus deficientibus. Id vero omnium gravissimum, quod legem tulit, cui & episcopi quidam leves atque adulatores subscriperunt: ne Imperatoris injussu ullus crearetur episcopus: & mortuo aliquo episcopo aliquem suorum submisit, qui definitis faceret sumptus: ipse quod erat de relictis reliquum accepit.

5. Ne de novo construantur monasteria, aut venerabili alia domus.

Imperatoris autem domini Nicephori Phocæ Novella decernit non 4 esse de novo construenda monasteria, vel xenodochia vel nosocomia, vel alia sancta & religiosa loca, sed eorum que sunt curam gerere oportere, & hæc expresse in fine adiciunt: Quare ab hoc deinceps tempore, quod est septime indictionis initium, nemini liceat, nec loca, nec agros ad monasteria, vel gerocomia vel xenodochia transmittere, sed neque ad metropolim vel ad episcopatum, neque enim illis est hoc conducibile. Si que autem prædicta & religiosa domus vel episcopatus & monasteria, adeo malè administrationem & providentiam sortite sunt, ut locis privata destitutaque sint, iis sententia & examinatione Imperatoria, eorum que sufficienti acquirent non prohibebitur. Cellas autem, & que appellantur laure in desertis edificare, quæ non ad possessiones & agros alienos extenduntur, sed soli monacho ambulatorio solum præstentur, tantum abest, ut volentibus prohibeamus, ut etiam in magna laude ponamus.

BASILII PORPHYROGENNETÆ.

1. De possessione Ecclesiarum & venerabilium domorum.

Quam quidem Novellam Porphyrogeneta dominus Basilius junior sua Novella sustulit, mense Aprili edita indict. 1. anno 649. quæ & hæc expresse continet: Imperium nostrum, quod a Deo profectum est, cum & a monachis, quorum pietas & virtus est testata, & a multis aliis, legem de Dei Ecclesiis & sanctis domibus, vel potius contra Dei Ecclesias & sanctas eorum domos a domino Nicephoro, qui imperium invasit, conditam præsentium malorum causam fuisse, & radicem, & universalis hujus subversionis & confusionis (ut que ad injuriam & contumeliam non solum Ecclesiarum & sanctarum domorum, sed etiam Dei ipsius facta sit) intellexisset, & maxime cum id re ipsa expertum esset, ex quo enim hæc lex est observata, nihil boni perit in hodiernum usque diem vitæ nostræ occurrit: sed contra, nullum penitus calamitatis genus defuit. Statuit pro præsentem auream bullam, ut lex prædicta ab hoc præsentis die cesset, & deinceps infirma & irrita permaneat, & locum habeat, & in usu sint, quæ de Dei Ecclesiis & sanctis & religiosis domibus factæ sunt leges.

2. De allelengio communis census pensitorum.

Constitutum tributum pauperum qui solvendo non essent a locupletibus exigendum esse: quod allelengium vocabatur.

3. De prædis potentiorum.

Leges etiam sanxit, ne potentiores multiplicandis prædis aufererent. Quamquam eadem etiam ab avo ejus Constantino, hujusque socero Romano lata fuit.

4. De præscriptione 40. annorum.

Ceterum Novella lex Cæsaris Basilius Porphyrogenetæ in his quadraginta 5 annorum præscriptionem tollit. Neque rursus impones, si potentiorum injuriis oppressi fuerint, quadraginta annorum præscriptione repelli: neque ullas profus valere præscriptiones, etiam aureis bullis insertæ sint, quæ injute & fraudulenter inducæ fuerint. Neque ipsum etiam sisco ullo temporis exclusi intervallo, sed ab Augusto principe jus suum revocare, probationesque suas ad illud recuperandum afferre.

ROMANI ARGYRI.

De reditu magna Ecclesie, & de allelengio.

Intio imperii bonis ac laudabilibus institutis subditos demeritis esse. Principium fecit beneficentia in religionem. Cum enim Civet magna Ecclesie reditus non sufficere, ut qui superioribus temporibus dispensator fuisset ejus, & aliarum quibus jus clerus de more interveniebat, lxxx. auri libras quotannis ex ærario imperatorio ei pendit jussit. Abolevit etiam allelengium, quod Constantinus erat sublaturus, nisi mors eum anteverisset.

Z O E.

De magistratibus non vendendis.

Imperio Zogæ restituit, quæ forem Theodoram quantumvis invita, confortem habebat, hætam & honorum gradibus senatorio ordini & largitionibus multitudini gratiæ sunt actæ, ac reipublice quanta omnino poterat cura gela. Nam in omnes imperii partes literæ &

1 Teclidus ita Colonnæ. Locus videtur fuisse ubi vestigium aut pensionem ducuntur rationes: Galli dicunt: in Camera dei Contes ou des finances ou thesore. 2 Contra legem 1. C. de sacris eccles. 3 Reprehensum jus in Ecclesiis sibi eodem modo Reges Gallis adferunt, quod & vocant, droit de Regale. 4 Novas religiones, novos ordines, seu novum habitum religionis creari vel adsumi. Sic Gregorius CONSTIT.

edicta dimittebantur, quæ & magistratus vendi (quod erat ante factitum) prohiberent: & omnia injulitæ genera de medio tolli juberent.

MICHAELIS.

De pratorio, & velamine capitis, & de publicis curatibus. Um autem esset admodum fenex, multaque antiqua recordaretur, multas veterum consuetudinum reducere intendit, nihil vel imperio, vel reipublice profuturas. Nam pratorium expurgari jussit, & civium capita non literis, ut nunc, sed bylissis pileis, magnis lineis purpureis intertextis tegi. Et procuratores publicos non ex festuato delegit, sed alios scribarum & numero velocium, in singulis archivis educatorum: & id genus alia multa.

ISAACI COMNENI.

De canonico, & consuetudinibus, quæ dantur pro ordinatione.

De Canonico autem, & consuetudinibus, quæ pro ordinatione dantur, hucusque vim habet aurea bulla invicti Imperatoris domini Isaac Comneni, quæ partim ita habet. Statuit vero imperatoria mea majestas, ut etiam in ordinatione sacerdotum, & Canonico verus forma autoritatem obtineat, & nihil in ordinatione Episcopus, qui ordinat, amplius accipiat, quam præstantioris monete imperatoris mee majestatis, septem aureos nummos duntaxat: unum videlicet, quando facit simplicem 6 papam, sive lectorem: tres, quando ordinat diaconum: alteros tres, quando sacerdotem, sive presbyterum perficit. Sic similiter pro Canonico a vico triginta infumibula habente, similem aureum unum, argenteos duos, arietem unum, ordi modios sex, vini mensuras sex, farine modios sex, gallinas triginta: a vico vero qui viginti infumibula habet, auri bessem, pro duobus argenteis argenteum, agnum dimidiatum, ordi modios quatuor, vini mensuras quatuor, & gallinas viginti: a vico denique, qui decem infumibula habet, argenteos quinque, agnellum unum, ordi modios duos, vini mensuras duas, farine modios duos, & gallinas decem: quemadmodum in veterum actuariorum sigillis præscripta sunt. Atque provincialium conveniens ordinatio Imperatoris mee majestatis placuit. Cum hæc vero aurea formali bulla, connecta est etiam 15. mensis Januarii, indictionis 10. a sanctissimo illo patriarcha domino Nicolao synodalis annotatio, quæ jubet, ut secundum hanc auream bullam canonica, ac pro ordinatione duntaxat.

MICHAELIS.

De prædiorum in antichresi.

Potior est propinquus externo in rerum foli antichresi.

NICEPHORI BOTANICÆ.

1. De solutione matrimonii ob favorem conjugii.

At vero C. & Cl. Imperatoris domini Leonis Philosphi Novellæ statuit, ut viro triennium daret, neque intra illud, postquam uxor furem cepisset, conjugium dirimat: mulier autem, nisi quinquennium præterierit, a furente marito non separatur. Legas quoque Novellam Imperatoris D. Nicephori Botanice, quæ de futuribus conjugibus eadem differit.

2. De releacione 7 fiscalium debitorum.

Botanices cum ad imperium pervenisset, a Patriarcha, regali facta tertio die coronatur, ac primum illud liberalitatis specimen edidit, ut quicquid sisco deberetur, id universum citra exceptionem aboleret, ac novas tabulas magnifico edicto institueret.

ALEXII COMNENI.

1. De atate ineuntium officia.

De iis autem qui in imperfecta ætate officia, aut dignitates suscipiunt, repositum est in publicis secretis edictum D. Alexii Comneni semper celebrandi Imperatoris: illud etiam cognoscere. Habet ita ad verbum: Multi ubi ob denuntiam reipubl. aliquam utilitatem, aut per ambitionem, qualemcumque dignitatem vel officium, aut capere, aut permutare, aut vendere petierunt: ea in parvos pueros transferunt. Ne igitur hoc fiat, neque tales imponere aut decipere conspiciantur, statuit Imperatoria mea majestas, ut quicumque dignitatem vel officium, sive propter denuntiationem, sive propter benevolentiam aliquam, sive per commutationem, sive in minus & per largitionem, aut dum animum nostrum oblectamus, ab Imperatoria mea majestate acceperint: ne quempiam qui honoretur, viginti annis minorem admittat. Quin omnes quicumque per eandem causam, aut dignitatem, aut officium accipiant, majores viginti annis sinto. Quando vero imperatoria mea majestas non propter talem causam, sed nulla causa interveniente honoraverit quempiam, aut officium donaverit, tamen honoratus viginti annis minor fuerit, citra dubitationem tamen illi inferuntur. Reponatur igitur præsentis hæc tabella inter chartas secretorum nostrorum, ad ostendendam imperandi gubernandique imperatoris mee majestatis rationem, ut hoc modo deinceps in omne futurum tempus efficaciam habeat. Debet autem in ejus qui citra medium honoratur, tabula adijci: Inferniator, non impediatur per edictum de iis qui minores viginti annis honorantur, ab imperatoria mea majestate factum. Ac vero etiam hoc signum eorum, qui (ut dictum est) citra causam mediam honorantur, tanquam imperatoria mea majestas hoc fecerit. Mense Januario, indictione quinta, per Imperatorem.

1 Teclidus ita Colonnæ. Locus videtur fuisse ubi vestigium aut pensionem ducuntur rationes: Galli dicunt: in Camera dei Contes ou des finances ou thesore. 2 Contra legem 1. C. de sacris eccles. 3 Reprehensum jus in Ecclesiis sibi eodem modo Reges Gallis adferunt, quod & vocant, droit de Regale. 4 Novas religiones, novos ordines, seu novum habitum religionis creari vel adsumi. Sic Gregorius CONSTIT.